

106
REIMPRESSION FIDÈLE

d'une

LETTRE DE JEAN SCHÖNER

À PROPOS DE SON GLOBE,

ÉCRITE EN 1523.

St.-Petersbourg:

Imprimerie de RÖTTGER & SCHNEIDER,

1872.

Tirage à 40 exemplaires.

no 15
M



273 (ex 1)
1949.

1.466.186 AA
19/08/2015

DE NVPER

SVB CASTILIAE AC PORTVGA:

liæ Regibus Serenissimis repertis Insulis ac Regi-
onibus, Ioannis Schöner Charolipolitani episto-
la & Globus Geographicus, seriem naviga-
tionum annotantibus. Clarissimo at-
q; disertissimo viro Dño Reyme-
ro de Streytpergk, ecclesiæ
Balenbergensis Cano-
nico dicatæ.

Cum noua delectent, fama testante loquaci,
Quæ recreare queunt, hic noua lector habes.

Cum priuilegio Imperiali denuo
roborato ad annos octo &c.

CLARISSI

MO ATQVE DISERTISSIMO VI

ro domino Reymero de Strejtpergk, Reuerendissi

mi in Christo patris & domini dñi Vuigandi epi

scopi Babēbergen. in spiritualibus Vicario,

Et eiusdē Ecclesiæ Imperatoriæ Ca

nonico dignissimo, Ioannes Scho

ner Charolipolitanus

S. D.



VM RERV M nouitas animos
hominum plerūq; conciliari soleat,
ac inamicos reddere mitiores: qui
dā dignitate nō infimi, crebris pre-
cibus à me factum contenderunt, si
quid earum penes me esset, ad tuam præstantiā trans-
mittere curarem. Cogitanti ergo mihi, ut promptius tu-
am beneuolentiā assequi passēm, mentem subiit, uersa
tus in manibus globus, qui uniuersi orbis rotunditatem
cōplectitur. Si tibi, utpote patrono clementissimo, de-
stinandus foret, cuius abditissimi recessus iā nostra æta-
te inuictissimorū Castiliæ atq; Portugaliæ regum, no-
tam laboriosa navigatione, q̄mpensarū ubertate pa-
grati sunt. Sed cum antea itentilem sæpius fuisset ten-
tatum, partim inedia sumptuū, partim nauium uastatio-
ne deiecti, inchoati facti executionem minime cōseque-

bantur. Quin etiam nec Geographorum quispiam eo
stilum direxit, qui adeo remotarum à nostro orbe re-
gionū insularum uestigia calcasset. Tametsi Ptholome-
us eorum facile princeps, insularū mundi partium se-
cretiora se penè lustrasse putarit. Nec Senatus ipse
Romanus eo usq; migrauerat, cū subacto sibi orbe so-
licitus terræ sitū metiri conaretur. Posthac certiori ha-
bita deliberatione, Serenissimus Portugaliæ rex om-
nia ad usus rerum necessarios comparari, classēq; ro-
bustiore instructa, eandem nauigandi difficultatē subi-
re præcepit. Itaq; Vāscho de Gamma nauarchus uela
uersus meridiem orientemq; pandens, tantum pelagi
hausit, ut Calecutum atq; Melaccum florentissimas In-
diæ prouincias concederet. Interim potentissimus Ca-
stelliorū rex non minus uictualium disposita oportuni-
tate, per Christophorum Colombum nauclerum suum
triremes ad occasum iactans, Antiglias, Hispaniolam,
Cubam quoq; insulas, ac cæteras hominum mansiones
repperit. Verum ne alter memoratorum regū in ijsdē
prouintijs partiendis plus a quo suæ ditioni arrogare-
ret, Quo pacis conditio solui possit, Sanctissimi papæ
Alexāndri sexti iudicio decernitur, ut porrecta linea
à polo Arctico aduersum Antarcticum cōtingens, ex
utroq; latere scindat & utriq; sua nauigatio succede-
ret. Hæc anno incarnationis Christi Millesimo quadrin-
gesimo nonagesimosecundo, cum peracta certum

habeatur. Anno deinde Millesimo quadringentesimo nonagesimo octauo, idē Castiliæ rex, prædictū Colombum nauigationis præfectū ad rimādas terræ latebras longe inferiores destinauit, qui eo itinere miræ magnitudinis, & quasi alterū mundū, prouinciam cognitā accepit, cui uocabulum, Terra firma est. Vnde tractus maris ultiores nauium periculo experiri nequiens retorsis uelis Castiliam redijt. Regis uero animus magis magisq; penitioribus exterarū gentium dignoscendis accensus, ad instaurandas alias naues excitatur, si quid forte ultra Terram firmā situm offenderetur, ueluti Paricis & Vraba, regias aures non transiret. Vbi etiam superbis prominentia structuris ædificia, oppida cognita sunt. Auri quoq;, margaritoru, gēmarum, & si qua alia preciosa illuc habentur, regi aduecta, sed nec tantis nouitatibus faciat rex, delecto nauta Ferdinādo Corleso soluūtur rursus funes, iactantur in æquore puppes. Qui Ferdinandus assumpta uelificatiōe anno uirginei partus Millesimo quingentesimo decimo quinto, post superatos diuturnos maris fluctus, post multarum regionum peritiā, ad Mexico amplissimæ latitudinis prouinciā applicuit. Deniq; legationi alteræ usitatissimū arte nautica Ferdinandū Mogellanū Portugaliensem præfecit, qui projectionis suæ initū sumēs Anno Millesimo quingentesimo decimonono, die decimo Augusti iniqua forte interceptus est, successorem

reliquit Ioannem Serranum, pari fato absumptum, cuius alter quidam fulcans uestigia, in remotissimas freti partes naues traiecit, adeo ut uniuersum orbis gyrū triennio ambiret. Verum quàm sæpe periculis circum actus, quàm crebra incōmoda passus, tuum erit magis animo penſitare, quàm calamum ſcribendo prolixius occuparem. Singulis tandem peragratis, ut non locus ſuperſit, quem reliquiſſet intentatum, uela ad Caſtiliam repetēdam reſpectit, quam ingreſſus eſt anno Chriſti Milieſimo quingenteſimo uigeſimoſecundo, ſexto die decembris unico nauigio, militum numero decem & octo ſtipatus, cæteris maris impetu abſorptis. Quā uero mirabiles rerum euentus, quàm tetras hominum ac cæterarū animalium formas experti ſint, ea Episto la tua dignitas abunde cognosceat, quæ de Moluccis in ſulis ad Reuerendiſſimum Cardinalem Saltzburgenſem per Maximilianum Tranſſylvanum directæ eſt. Ego tam mirifice orbis peruagationi nonnihil uolens adijcere, ut quæ lectu uideantur mirabilia, aſpectu credantur probabiliora, Globum hunc in orbis modum eſſe fingere ſtudiui, exemplar haud fallibile æmulatus, qđ Hiſpaniarum ſolertia, cuidam uiro bonore conſpicuo, tranſmiſit. Nec ob id quem antea glomeraueram, abo litum iri uolens, quippe qui eo tempore, quantū phas erat homini abdita mundi penetrare, abunde expreſſit, modo ſeſe conſona admiſſione patientur, quod in-

*uenienda inuentis non obstant. Accipe igitur hunc
à me formatum globum, ea animi benignitate, qua eum
laborem ad tui nominis honorè libens aggressus sum
Cognoscam profecto meas lucubrationculas tue
celitudini nullatenus despectui fore. Vale.*

*Timiriopæ, Anno Incarnationis do-
minicæ Millesimo quingente-
simo uigesimoter-
tio.*

Advertencia.

A *plaquette* adjuncta foi entregue ao prelo ha alguns mezes, tendo-se em vista o exemplar da primeira edição pertencente á Bibliotheca Imperial de Vienna.

As circumtancias porém de repararmos nas assignaturas 3 e 4 postas nas folhas 2^a 3^a, e de suspeitarmos que faltariam duas paginas, entre o fim da quarta pagina, e a palavra *habeatur*, do principio da folha que leva a assignatura 4 (nas quaes deveria o autor dar conta das expedições feitas desde 1492 a 1498), fizeram-nos hesitar na publicação, até ver se conseguíamos encontrar e examinar alguns outros exemplares da mesma *plaquette*.

Felizmente conseguimos ver dois mais; sendo um delles o que possuiue em Londres o *British Museum*: e, encontrando-os am-

bos identicos ao de Vienna, julgamo-nos autorisados a dar publicidade a esta reimpressão; cedendo á evidencia de taes factos; embora em nosso animo fiquem ainda subsistindo as mesmas apprehensões e duvidas.

Tiramos desta edição apenas quarenta exemplares. Vai feita a reproducção linha por linha, com tão escrupulosa fidelidade orthographica que respeitamos até os proprios erros manifestos da edição anterior; taes como, *Melaccum*, *Corlese* e *Mogellanû* por *Malacam*, *Cortes* e *Magalhaens*.

Já em outro lugar*) dissemos como julgavamos que a primeira edição tivera lugar, não em Bamberg, mas em Erfurth; e que saíra dos proprios prelos do autor.

ST. PETERSBURGO, 20 de Agosto de 1872.

F. Ad. de Varnhagen.

*) Veja-se o nosso folheto *Joh. Schöner e P. Apianus* (*Benewitz*) etc., Vienna, 1872, pag. 56, e seg.

